



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.10. Inuenit ementes & vendentes &c. Exhorret Deus in Templo fieri mercaturam, vbi data munera, etiam gratis, est qui tamen illa despiciat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

Exod. 3. 5. Solue calcamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas terra sancta est. Ne huc approximes calcatus sed nudus & discalcatus, q. d. vsque ad pedes te decet esse compositum, quos magna oportet respectu moueas; quanto magis caput; quanto magis oculus? quanto magis cor? Idem Iosue contigit, dum illi apparet Angelus in campo Hiericho, ad quem dum propius cogitat accedere, respondet illi Angelus: fige pedem: *Solue calcamentum.* Magna reuerentia tibi in hoc campo conuenit incedere: quia ego in illo sum, attende qua ratione pedem promoueas. Si tibi de pedibus sit erandum, si circumspiciendum qualiter illos dirigas, quid erit de capite? de corde? de anima? de oculis? de genibus?

Ios. 5. 10.
Tract. 8.
Num. 8.
Exo. 28.
39.

VII. Mandauit Deus, vt sacerdos coram Domino ingressurus, inter alia vestitus ornata, tunica indueretur hyacinthina, qua totus corporiretur, & illa circumquaque foret oculata. Hoc significare voluit ex opinione quorundam, de quibus diximus in nostris Tractatibus, illud quod vulgata nostra lectio habet: *Stringeque tunicam,* legunt alij ex Hebræo, *Oculabis vel ocellabis.* Quod significat: Implebis illam oculis. Hac vestitus intret sacerdos, qui in conspectu Domini ingreditur. Quotquot ad templa festinamus, sacerdotes sumus, non de numero consecratorum, ad missæ sacrificium offerendum, sed inter illos censendi, de quibus dixit D. Petrus, quod conueniat nobis hostias offerre spirituales cordis nostri & animæ, hostias laudum, & oblationes gratiarum. *Ad offerendas hostias spirituales:* mortificationis, orationis, resignationis voluntatis operumque penitentia ad hoc templum ingrederis; quocirca vt in illud introeas, tunicam oportet assumamur hyacinthinam, qua toti contegamur, qua colore fulgeat cœlesti: omnes cœlestes esse debemus, cogitationes nostræ, verba nostra, nostri motus. *Ecclesiastam* (monet nos D. Nilus D. Chrysostomi discipulus) *vt cœlum adis, & nihil in ea aui loquere,* vt aut age, quod terram sapias. Hoc à nobis replicat, teste D. Cypriano, sacerdos, dum ait: *sursum corda.* (Perpente, quam antiquus ille mos fuerit illis in Ecclesia verbis vt) quasi nobis precipiat, vt simus sicut D. Ioannes Evangelista, qui vocem audiuit de cœlo dicentem: *Ascende huc.* Amice ascende sursum: & subito spiritu suum efferebatur: quamuis enim corpus esset in terra, spiritus sublimis cœlos ascenderat, in conspectu Dei, SS. Angelorum, omniumque beatorum. *Ideo & sacerdos ante orationem, præsentat*

apoc. 4. 1.

ne præmissa, parat fratrum mentes, dicendo: *sursum corda;* vt dum respondent plebs: *habemus ad Dominum, admonentur, nihil aliud se quam Dominum cogitare debere, claudatur contra aduersarium peccus, & soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei, tempore orationis adire patiatur.* Non hic terrene admittendæ sunt sollicitudines, non mundanæ cogitationes: omnes hæc ad templum autem exclusæ vestibulum. Hoc est, etiam cum Moyse verbera relinquere virgarum, vt iures in terram sanctam, & totus in cœlo cogitatione conuerteris. Hæc autem tunica plena est oculis, quos homo in omnibus habeat, Deum, Angelos, sanctoque conspiciens, suas considerans cogitationes, verba sua, suos motus: sit graui reuerentia plenus quæ pateat ex oculis: hæc enim de causa sancta illa animalia quæ vidit D. Ioannes in conspectu diuinae Maiestatis, vt ait, plena erant oculis, quibus magna signata reuerentia, ibidem præsentibus assistebant, qui in hoc deficit, puniatur, & qui non vt homo templum ingreditur, sed vt animal irrationale, verberibus templi limitibus exturbetur.

Apoc. 4. 6.

§. 10. Inuenit ementes, & vendentes &c.
Exhorret Deus in templo fieri mercaturam, ubi data munera, etiam gratis, est qui tamen illa despiciat.

Aliam profero rationem, cur Dominus ingressus in templum, flagellum assumpsit, eam nimirum quam signat D. Greg. L. 4. Epist. estque valde familiaris: vt ostendat, quam ægrè patiatur, vt auaritiæ vitium intret Ecclesiam. V. Epi. 7. L. 9. bigue illam abominatur Dominus: at verò in templo illam execratur acerbius, nec vlatenus patitur. Admirabilis fuit illa Amos vatis visio. Dicit: *Vidi Dominum stantem super altare;* quasi qui progredi velle: & qui fixam in templo illud Iudæorum antiquo sedem non haberet: hoc Dominus etenim nostris templis seruabatur; vel qui data o. era staret, vt intrantes in templum aspiceret super altare in set lun præ ab eo metaphora, qui existens in templo, templo vt pro placito suo & distinctè videat eos qui in templo sunt, & illud ingrediuntur, erigit se in pedes: & si fieri possit, locum ascendit altiore.

Et modo se Deus prophetæ videndum obiecit, stantem super altare: & hæc tibi debet præfigere cogitationem, quando templum ingrederis: quod Deus sit in altari, qui suos

311

in te reflectat oculos, teque usque ad intimas cordis rimas perferretur; consideret quoque, qualis coram eo ingrediaris, & quid sit; quod te huc adducat; & an tam impudens sis; ut venias domum suam; ut illi in faciem verpum ostendas, offendaque gravissimè (a) *Vidi Dominum stantem super altare.* Postquam omnes intraverant, & templum iam esset plenum, dixit Dominus propheta: sume flagellum & vi magna concute portatum carlines: ita ut superliminaria templi contremiscent. *Percutit e carlinem, & commoveantur superliminaria templi Domine, replicat propheta ad quid hoc? quid hic modo vidisti? Ego respondit Dominus, flagellum affluam; omneque illos hic presentes percutiam, ita ut nec parvus nec magnus hic sit mihi remansurus; & fide mea, quantumlibet huc illuc mittitur, que dissiugiant, illos ego comprehendam: omnes enim caput habent oppletum avaritia: *Avaritia enim in capite, omnium, & non solum eorum in gladio interficiam; non erit fuga eis.* Hucne cū avaritia venient? hucne cum cupiditate? Hucne desiderium intravit de vationum? quid ergo Domine, an illam non consuevisti perpetuo eorum videre pectoribus irradiatam? quid magis commune, quid n' agis familiarè? An non tu dixisti. *A minor usque ad maiorem omnes avaritia student.* Verum est ut dicis, ait Dominus, atamen illam licet extra hunc locum dissimulem, in domo tamen mea minime patiar. Quare? quia lex huius domus ea est, inquit D. Gregor. quam ipse Dominus declaravit: *Gratis accepistis gratis date.**

II. Avaritia in templo non admittitur. que dissiugiant, illos ego comprehendam: omnes enim caput habent oppletum avaritia: *Avaritia enim in capite, omnium, & non solum eorum in gladio interficiam; non erit fuga eis.* Hucne cū avaritia venient? hucne cum cupiditate? Hucne desiderium intravit de vationum? quid ergo Domine, an illam non consuevisti perpetuo eorum videre pectoribus irradiatam? quid magis commune, quid n' agis familiarè? An non tu dixisti. *A minor usque ad maiorem omnes avaritia student.* Verum est ut dicis, ait Dominus, atamen illam licet extra hunc locum dissimulem, in domo tamen mea minime patiar. Quare? quia lex huius domus ea est, inquit D. Gregor. quam ipse Dominus declaravit: *Gratis accepistis gratis date.*

III. Est templum peccatorum misericordiarum Dei hic sunt peccatorum confessiones, hic sacra communiones, hic exhortationes, hic stationes, hic suam Deus largitur gratiam, hic scelera rite dispositis remittuntur; hic seipsum in venerabili tradit sumendum Eucharistia: hic divinum illud offertur in altari sacrificium, vultque Deus hoc in tabernaculo vnius seriba doctus sit qui dicat: *Gratis date.* Et quare Domine: tam vili tua valent bona: tam floccipendis te as merces, ut velis eas gratis distribui? Non ea de causa: eorum enim rantes est valor sit: *Omne aurum in comparatione illarum arearum sit exigua: sed quia cum tā pretiosæ sunt, eas homines tam parvi faciunt ut etiam gratis datas nolint accipere & ultra oblatas aspernentur.* An hoc verum non est quod tibi Deus istas offerat gratis suis misericordias, & illas contumax rejicias? Bene dixit hoc ipse summo doloris affectu, & contra nostram ingrati-

expandi manus ad populum non credentem, & contradicentem. Alia littera habet: *Ad populum nolentem.* Omnes obstupescunt ob id quod mihi accidit, ait Dominus: tota die expandi manus meas in iustis & liberaliter offerens meas diuitias ac inextinguibiles misericordias populo illi, qui etiam sic gratis oblatas accipere dedignatur. *Ad populum nolentem.* An non tibi Deus remissionem tuorum offert criminum in confessione, & illam recusas? An non te Deus sua gratia provocat, & rogat, eam nihilominus aspernaris, pluris æstimans presantæ vilisque mulierulæ gratiam, & denarij, dæmonijque benevolentiam? An non te sæpius vocat, ut omnia eius bona tibi arripas, & seipsum in venerabili Sacramento, tu verò illum despicias, nec habere velis?

Graphicè nobis Isaias Deum descripsit (nostro loquendi modo) vultu subtriliti, & doloris cordis intrinseci significatione cogitandum. *Et malum apparuit in oculis eius: quia non est iudicium, & vixit, quia non est vir, & aporia iustitiae: quia non est qui occurrat.* Hec autem est, quod Deus ut pessimum accepit, suisque diuini oculis reputat maximè detestabile: quod homines omnis sint ita rationis expertes, phreneticæ, insensati, ut bona summo perè appetentes, & ut illa consequantur, die noctuque laborantes, ea tantum quæ domo Dei continentur æstiment vilionis, nec sit qui ad eius recusat tormentum, unde rubore confunditur, conqueitur, & varias agitat mente cogitationes.

Iam aliquoties diximus, in Græco verbū illud *Aporia* esse valde significauimus: quo cū his aut ter S. viatur pagina, illud Interpretes in propria lingua dimisit, nec transliterat: significat autē hominem cogitandum, ignarum consilij, quasi rubore suffusum: Nā mercatore sumit metaphoram. Aduertit quidam in hac ciuitate mercator, homines ambire hanc argento intertextam, quibus ornate vestiantur, notat autē illud quod passim venditur, esse falsum, quodque statim splendorem suum amittat, & æs esse videtur, quod nec ad horam perseverabit, prare, & molestum, & ipsi qui illud deserunt laboriosum: quid agis? omnes suas exposuit facultates, & Mediolani iubet: textilem aurō obryzō & argento laboratam, opere mirifico, tanto splendore coruscant, ut soli tenebras offundere videatur. Ex illa tenonem erigit magnificentico concurrunt omnes eam spectaturi, collaudant vnamines, valentque commendat, & cum de illa sermopes miscant, lærent admirabundè. Porro nullus

18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

nollis emit hinc fortitan paulo post hic palmū, alter media in vnam sibi dari postulet. Si videns iustior ille, quod nullus sit qui pecunia illam sibi comparet oculo domus suae schedulam afigeret in omnium oculis, quæ litteris Goticis id est capitalibus hoc præferret, Gratia hæc omnia bona conceduntur ei, qui illa voluerit, & nihilominus nullus accurreret: hæc adterrens telam vnam manibus apprehendens, nunc hunc, nunc illum vocaret illamque vltro offerret, dicens, Illam sumit, cha: illimit: quia gratis illam configno, & omnes illum cum ea in manibus præterirent, nec esset, qui vellet accipere, at idire autem omnes dicentes: certe pretiosa est illa Domine tela, verum tamen tibi remaneat: nos enim aliam adulterinam optamus, multo licet nobis pretio constet ac labore: quanto vir ille stupore ac pudore perfunderetur ac merito conquereretur, dicens. Adsit mihi Deus: an est illis hominibus iudicium? Num sensibus constant integris?

VII. Christo applicatur

Hoc Deo nostro contingit. Nos aduertit bonorum esse cupidissimos: adulterina illa sectamur, peritura, vilia, lingua instar palmæ: extensa pro illis sudando, ad illa, anhelando. Quam auhelus ad quatuor asses auarus adspirat? quam cupidus honorum ardello, vt honoris punctum, vel granum allequatur dignitatis: quam crebro ægrotus ad famiatiem suspirat? quam diligenter insudat Regis inimicus vt eius sibi gratiam conciliet, & de manibus eripiat. Prætoris: nostri miseretur ditissimus ille mercator, & officinam apeli e bonis suis refertissimam, bonis inquam celestibus, dignitate filiorum Dei, culpam indulgentia, gloriæ magnitudine, & omni substantia, cunctisque Dei diuitis in venerabili Sacramento. Quiritis, & quam sincere clamat vt veniant ad tentorium suum: Venite ad me omnes,

Matth. 11. 28. 29. Isai. 55. 1. 2.

qui laboratis, &c. Omnes sitientes venite ad aquas. O vos omnes qui bona tam aliunde sitis, vt exanimis post illa curesis, ad officinam meam properate: hic enim ea inuenietis vera, substantia, solida, tanto terrenis his meliora, quanto est à terra caelum eminentius. Domine num caro vendes? si namque sic est, pauperes sumus, pecunie nobis desunt, forte tertium habemus, & hoc quidem indigemus, vt hic in terra vitam inuolumes transigamus. Nequaquam, inquit Deus: Nec enim à vobis aurum exposito vel argentum quia gratis ea distribuo. Qui non habetis argentum, properate, emite, absque argento, & ayro, & absque ulla commutatione. Hoc voluit vt omnes intelligerent, quod gratis gratia suæ re-

las concedat formosissimas, illas virtutum gemmas, illas Sacramentorum diuitias ineffabiles: ad illas inuitat, & ex gratia gratias offert celestes: nihilominus aduertit, quod quamuis, quotquot sunt, eas magnopere extollant, pretium ac dignitatem agnoscant, ac protestentur valorem earum longius excedere omnem auri vel argenti, vel eorum quæ mundus possidet æstimationem, nec vllas esse diuitias superiores, aut fortiori beatiorem quam illas possidere: verum tamen nullus eas expositat, imò nec quidem vltro delatas concupiscat. Heu qualem ignominiam, qualem illi charissime inferis confusionem, dum videt quam vili pretiosissimas has merces æstimet. Obijcies: Pater, hæc ego non dico, & hoc à me Deus auertat. Non dico, me illas nolle, sed non posse: incumbit enim mihi rebus alijs refectitur intendere ad vitæ subsidium, si namque à communiōne abstincō, varijs occupor impedimentis, si differo confessionem, alia occurrunt negotia, si sacro quotidie non intersum, alijs turbor distractionibus: Memris, o proditor, non hæc est illa ratio, sed defectus promptæ voluntatis.

VIII. Obiectio

Occurrat tibi quod alias expendimus, de per magno illo Rege, qui magno sicum, ac celeberrimum inlituiti communiū, vocauitque multos, & hora conuicti iam imminente misit seruos vt inuitatos ad epulas conuocarent. Nullus eorum adeo perfrecta: Ironis fuisse perhibetur, vt dicere præsumeret: dicit Regi: nolo venire sed, *esperant omnes simul excusare*: Hic quia villam euerat, alter iuga boum, ille quia vxorem dixerat: omnes decebant dicit Regi nostro, tantum libenter recipetam beneficium, at tamen deest voluntati potestas: *Rogo te, habo me excusatum*. Hoc illi replicat: ac Spiritus S. qui eorum corda clarius intuebatur, clarius loquitur, & de illis testatur quod. *Noluerunt venire*: quia in rei veritate neglexerunt illud recipere, ad quod illos inuocabat, quia recipere noluerunt; si namque voluissent, nullo poterant negotio pro tantillo tempore illud intermittere, quod licebant sibi peragendum, sicut in rei veritate illi d omitterent, si eodem tempore quidpiam illi palato sapiens: aut lucri commodum aliquid offerretur. Qui dicere intendis? Declato tibi, verum esse, quod non dicas, quod bona nolis, nec merces accipere, quas tibi Deus est bonæ offert liberaliter, quinimo dicis, quod illas velles accipere sed quod dicis quod non possis, quod, quia negotijs alijs implicaris, tua non possis peccata confiteri, & propter societatem

Luc. 14. 18

Matth. 22. 3

IX. Defectus voluntatis

cum altero. quod nequias inquit augere sacrificium, ob nescio quæ negotia, quibus occuparis panem non liceas tibi sumere coelestem. Porro verò verius est, inquit Spiritus S. quod Dei dona non recipias, quia recipere illa non vis: illa etenim quæ producitur ex exultatione, in aliud postea tempus differre commodius, sicut de factis faceres, si ex alia parte tibi lucti offerretur occasio.

Quoties voluit congregare filios suos sub alas & noluit: Tibi offeruntur, tibi dantur, tibi Dei bona proponuntur, & nec illa concupiscit: te rogant, te movent, te adhortantur, ut illa capias, & illa negligis. Pro Christo legatione fungimur tanquam Deo exhortantes per nos, obsecramus pro Christo: reconciliamini Deo. Sum inquit Apostolus ut legatus Christi, & Christus ipse est, qui per me loquitur, & quod agit, illud est: quod roget te, & ego eius nomine, & per eum qui est, vos obsecro, eius gratiam recipite, eius amicitiam, eius misericordias, illi in amicum vobis sumite: considerate, quam sit ad hoc idoneus, perpendite quod perfectas facere novetur amicitias. Tu videris, an hoc quod tibi defertur, concupiscas? verum quidem est, quod ais, pretiosa esse procul dubio huius officinæ bona, verasque esse divitias, & nihilominus illas desertis, etiam à rogantibus oblatas. Quam confusus, quis dixerit, p. vest nunc hærere Christus, & de tua impudentia pudibundus? Aperitatus est, quia non est qui occurrat.

Hinc tibi constabit, ex D. Grego. modus ille, quo Salvator suos Apostolos misit hæc bona alijs oblaturos: Euntes dicite: quia appropinquavit in vos regnum Dei. Per mundum uniuersalem prædicate, annuntiate, iam in terra erectam esse officinam omnibus Dei bonis affluentem Domine, quo modo proficiantur hi præcones, ista nuntiantur? Nolite portare fusciculum, neque peram, neque pecuniam, neque aurum, neque argentum in tonis vestris, gratis accepistis, gratis date. Videant vos statim ab initio bonorum illorum meorum non esse venditores, sed quod illa gratis exhibeatis. Illico sciant omnes, quod opus, minime sit, illa argento auroque soluere, & quare, Domine: quia si vel assè ab eis quæsieris, nullus emet aliquid, gratis oblata non volunt habere, vide quid facturi sint, si ab illis pretium postularis.

Hinc in D. Petro tanta oritur indignationis ratio contra Simonem Magum. Accedit male dictus ille, & miracula stupens Apostolorum peccatū trata potestate, quod impositus tantummodo manibus descenderet in illum vel illum Spiritus Hieron. Bap. de Lanza Tom. III.

S. in ignis forma visibili, vel alio modo, divina sua dona gratiasque communicans: unde non parcam offerens D. Petro pecunie summam, sic ait: hos tibi sume denarios & hanc mihi, qua polles vende potestatem: Oblatis eis pecuniam si cens: Date mihi hanc potestatem. Vah te proditor, te, tuamque pecuniam diabolus auferat: quia hoc sensisti, quod in hac Christi officina, bona eius denarijs distrahantur: Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam denum Dei existimasti pecunia possideri. Non Dei sunt cogitationes tuæ cogitationes, sed multum inter se discrepant: Cor tuum non est rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si ferie remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. O Dei Apostole, quomodo ut dubium proponis, num forte Deus hanc iniquam remittat cordis cogitationem, ac mentis intentionem, si pœnitentiam egerit, veniamque postulat, quis, sicut tu, nouit, nullum esse peccatum, non solum cogitationis, sed etiam operis, quod Deus non remittat per pœnitentiã: declarare voluit quam enor. Vix remi Deum offendant crimine, qui de donis Dei pecuniam sibi conatit aggregare. Illud tantummodo cogitare tam est coram illo execrabile, ut D. Petrus iudicet, hoc à Deo remitti posse valde difficulter.

Quia non letis est ostensa Dei gratis ea nolunt homines eius dona, & illa sumunt, si pro illis pecunias debeant erogate? Quoties cogitavi, si pro audienda vna missa à te pretium vnus regalis exigeretur, sicut pro comedia, si ad lucrandas stationes duo exigerentur: si ad audiendam & recipiendam doctrinam Euangelij portatus adstaret, qui medium lulium à te requireretur, quis frequenter concionem? Modo tam instanter rogati, tot campanarum pulsu excitati, tot præconum vocibus inuitati, tali quali cernitis adestis difficultate, quid esset si pretium postulareretur? Ideo, qui templum ingrediuntur cum pecuniis & avaritia, Dominus illos exturbat, velut honoris sui hostes infensissimos.

§. II. Nummulariorum effudit æs. Zelo Deus æstuat nec unquam societatem aliorum admittit Deorum, & eade causa illum Romanon admiserunt.

D. Euangelista liquidò notis facti, huius adeo insoliti in Christo tradit. rationem, quodque à mansuetudine, illius tãtoperè discrepare videbatur: Dicit hæc ex zelo pro-

Ado. 8. 8.

XIII.

missibile,